

1759

C O D I C E S

1760

erit de purgatorio, quod aliqui tenent purgatorium post hanc vitam. Et tamen christus non precepit apostolis suis predicare purgatorium post hanc vitam &c. Ex quo adparet, pertinere Codicem ad *Hussi* tempora et *Bohemiam*, id quod multa passim inspersa illius Gentis idiomate confirmant.

CCCCXLIX.

944 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. 259. 8. non unius manus Congeriem Scripturum offert, quae ordine suo indicabimus. I. *Incipiunt articuli Sinodi generalis Cleri Regni Boemie celebrate Anno domini M^o CCCCXXXIII^o in festo sancti Jacobi Apostoli in Ciuitate Inclita pragensi.* Nec *Cochlaeus*, neque *Lupacius*, aut *Pelzelius* hujus Synodi meminere. Init: *In primis pio et fideli corde credimus, et integra mente credendum et asseuerandum affirmamus &c.* Itaque de Scripturis sacris, de Symbolis, de quatuor suis notis *Articulis*, ubi de utriusque Speciei usu additur: *etiam si prelati diffenciant, licite faciunt*; de septem Sacramentis, *Missa*, *Suffragiis Defunctorum*, *Purgatorio*, &c. Paene omnia ad mentem Ecclesiae Rom. Cath. et dirigente, ut videtur, *Rokyczana* constituta. Inter alia votum exprimitur de Festo *Dedicationis* omnium totius Regni Ecclesiarum una eademque die celebrando.

II. fol. 8. *Compactata Iglaviensia* Regni *Bob.* et *Le-*

gatorum Concilii Basil. anni MCCCCXXXVI. Cum aliis monumentis ad ea pertinentibus, ut extant in *Leibnitii Mantissa Cod. Diplom.* P. II. p. 138. et magnam partem *Cod. nostro DCCCCLXVIII.* Hic vero praescribuntur: *Forma literarum in quibus inseruntur compactata sigillata et expedita Iglawie, et primo dominorum legatorum.* Initium: *Nos Philibertus &c.*

III. fol. 30. p. 2. Congeries prolixa *Autoritatum Scripturae, PP. et Doctorum* pro Communionem tam sub utraque, quam Infantium, hoc initio: *Primum probat eam lex diuina de Manna et aqua &c.* Posterior est haec Congeries aliis saepius relatis, et praevie ante illam ad *Indicem in Egra (1432) condidatum* appellatur.

IV. fol. 73. p. 2. *Caroli IV.* Rom. Imp. et R. Boh. Diploma de institutione *Studii generalis Pragensis.* Adi *Cod.* paulo ante cit.

V. fol. 75. *Articuli Boemorum et Morauorum regi W.* (Wladislao II. Hung. et Boh.) *presentati Inde autem ad dominum sedis apostolice legatum (Thom. Bacocium Card.) Budam missi Anno christi 1502.* Insistunt, ut *Compactata Basil.* obseruentur praecipue circa utramque Speciem, *Communionem Parvulorum* et *Cantum ecclesiasticum* in lingua vulgari. Initium: *Optamus quemadmodum litere executorie &c.*

VI.

1761

P O L E M I C I.

1762

VI. fol. 76. Libellus bohemicus de Caena Domini sub utraque fumenda, cujus initium: *Letá bozieho narozenie tisicieho čtyrsteho a sedmnasteho když wčechach* &c. Id est: *Anno a natiuitate domini 1417. cum per Bohemiam* &c.

VII. fol. 90. Libellus alter eadem lingua de 12. Utilitatibus ex Eucharistiae sumptione percipiendis, cujus initium: *Přano stogi wtaynicy S. Jana wposlednie kapitole* &c. Id est: *Apocalypseos S. Iohannis cap. ult. scribitur* &c.

VIII. fol. 97. p. 2. Versiones in bohemicum. 1) Cap. VI. Prophetiae Baruch, seu Epistolae Jeremiae ad Captivos in Babylone, hoc initio: *Probriechy gimizito ste briesili přéd bohém* &c. 2) Binorum Excerptorum ex C. 3. Ezechielis.

IX. fol. 102. Scriptum ἀνεφάλογον bohemicum, cujus argumentum declarat clausula miniata: *Slakadanie Mistra Husy swate pamieti od vmrci neb napadow od vmrlich vieci*. Sive: *Compositio Magistri Husi sanctae memoriae de successione in res morte derelictas*. Nemo, quod quidem sciam, Opusculi hujus meminit.

X. fol. 106. Scriptum itidem bohemicum de Matrimonio, quod incipit: *Poniewadz manzelstwie gest staw wysoky od boba wragi wstaweny* &c. Quasi dicas: *Cum matrimonium sit genus vitae sublimae in paradiso a Deo institutum* &c. Autor mihi ignotus; non enim Scriptum praesens illud est,

quod legitur *Opp. Husi* edit. 1715. T. I. p. 41. latine.

XI. fol. 122. p. 2. Excerptae e *Seneca de Moribus Sententiae*.

XII. fol. 125. Narratio illa bohémica de Supplicio *Husi* faepe alias relata.

XIII. fol. 140. p. 2. Sylloge *Epistolarum Job. Husi Constantia* datarum partim bohémice, partim latine, quae omnes verbae extant edit. cit. T. I. a p. 72. et a nobis *Codd.* multis indicatae sunt.

XIV. fol. 163. *Articuli lecti contra Doctrinam et personam Job. H. die Martis XVIII. (potius 8.) Junij in congregatione publica et traditi notario*. Non adsunt, sed eorum loco subditur: *Et ego Iohannes hus semper in spe seruus ihesu cristi scripsi responsiones ad articulos in eorum copia sicut in ista*. — *Ad articulos extractos de libellis meis non potui scribere sententias et propter breuitatem temporis et propter carentiam papiri et propter periculum* &c. Extant *Articuli cum Responsis* edit. cit. T. I. p. 19. non vero nostra Protestatio. Per *Articulos*, ad quos, ut ait, non potuit scribere *Husus*, XIX. *Parisiensium* duce *Job. de Gerson* oblatos intelligere videtur; hi enim l. cit. p. 29. adlati *responsis* carent. Scripsit tamen *Husus* *epist.* LI. *ibid.* p. 93. *Ad articulos Parisiensis Cancellarii, si vixero, scribam*. Subjungitur his *Sententia Concilii* in eum lata, ut *ibid.* p. 35. et *Sermo Jacobi Ep. Laudensis*,

1763

C O D I C E S

1764

sis, ut pariter *ibid.* p. 33. addito in Titulo, ut jam alias retulimus, scommate: *Rome statati ex eo, quia clericos in sacris in stabulo ordinarat.* Demum sub inscriptione: *Hic jam incipiunt audiencie tumultuose;* textitur Narratio actorum cum *Husso* a 1. die Junii hoc initio: *Sabbato ante Marcelli que erat dies prima mensis Junij Nobiles domini Boemice et polonice nacionum obtulerunt cartam seu cedulaam coram deputatis concilij in Constancia apud fratres minores &c.* quae valent ad subplenda ea, quae cum in edit. cit. *Opp. Hussi* T. I. p. 13. tum in *Actis Concilii Hardtianis* T. IV. P. 3. p. 296. referuntur.

XV. fol. 175. Alia Acta ad idem negotium pertinentia, sed anteriora hoc initio: *Responso ad responsa Concilij ipsis dominis (Bohemis) superscriptis per Episcopum Carthasonensem (sic) ortenus pridie facta ipsis deputatis Concilij sabbato in vigilia penthec. per petrum de Mla. (donowicz) pronunciata sequitur in hec verba. Reuerendissimi p. et domini quem admodum nuper die Jouis XVI. presentis mensis Maij pro parte vestrarum paternitatum ad requestam nobilium dominorum Boemice et Polonice nacionis responsum est &c.* Agitur de *Husso* e custodia dimittendo, et alia deinceps succedunt, quae quidem cum *Historia Hussi* supr. cit. p. 9. et *Actis Hardtianis* p. 208. coincidunt, res tamen magis explanant

infertis etiam documentis lingua bohemica exaratis.

XVI. fol. 189. Literae Concilii *Basil.* quibus invitantur *Bobemi.* Ineunt: *Sacro sancta &c. Compulit nos gratia Christi egredi de terra nostra &c. Datum Basilee die XV. mensis Octobris anno domini MCCCXXXI. Indict. IX. Pontificat. Sanctiss. — Eugenii P. P. IV. anno primo. Ut Collect. Labb. T. XVII. p. 443.*

XVII. fol. 192. Sermo boemicus de Caena Domini habitus in Parasceve. Initium: *Tento gest den slunce sprawedlosti przeyasnymi paprskly dywnye ofwieczeny &c.* Id est: *Haec est illa dies, soli justitiae sacra mirificis radiis coruscans &c.*

XVIII. fol. 193. Epistolae IV. nugatoriae et inficetae, quarum primam exarat *Johannes* alias *Bobumil de Ratibor* diuina deorum fauente clementia nec non preclarissime nacionis Boemorum gracia subsequente speciali deifici apollinis vicarius eiusque thesaurorum archarius supremus et alme domus sancte Marie ante letam Curiam prepositus generalis *Hasskoni* a noero coruine spei portento monstruoso Sacri ducatus *Zlechowien.* principi nuncupato *Scole* uero sancti Michaelis calefactori. Data est in Castro *Stradal* nostri principatus Anno *MCCCXXXI.* Ampullae inanes.

XIX. fol. 195. p. 2. Tabula valoris variae *Monetae Bobemicae* reducti in hunc modum: *De nummis.*

1765

P O L E M I C I.

1766

nummis. Septem nummi faciunt unum grossum &c. et porro progrediendo ad 10000. Nummorum. De grossis. quot faciunt nummos. Vnus grossus facit septem nummos &c. Sequitur de solidis nummorum. quot faciunt grossos. Vnus solidus nummorum facit sex nummos &c. Sequitur de quarta parte grossi, qui alias vulgariter dicitur Orth computando per tres Hallenses. Vnus Orth facit tres Hallenses &c. Sequitur alius Orth per quatuor Hallenses. Vnus Orth facit quatuor Hallenses &c. De sexagenis. Vna sexagena grossorum facit sexaginta grossos &c. De Marcis polonicis. Vna marca polonica facit quadraginta octo grossos &c. De florenis hungaricis. Vnus florenus hungaricis facit viginti quatuor grossos &c. De florenis rhenensibus. Vnus florenus Rinensis facit octodecim grossos &c. Accedit pretium Vini: Due pinte vini faciunt unum grossum et unum nummum &c. etiam hic progrediendo ad 10000. Pintarum. Ad an. 1420. referendus videtur hic Computus, cum sequens Tabella eadem manu perscripta fit.

XX. fol. 199. Ista Tabula per modum oraciuncule edita ostendit numerum Septimanarum Interualli carnis priuialis Incipiendo computare septimanas a prima dominica post festum Natiuitatis christi vsque ad dominicam Esto mibi (seu Dom. Quinquag.) Et durat hec tabula ad annos LXII. Et incipit Anno Natiuitatis eiusdem M^o CCCC vicesimo. Cui an-
Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

no deinceps adposita prima Oratiunculae vox *Destruere* septem literis constans denotat, totidem Septimanas inter Natiuitatem Domini et Quinquagesimam eo anno effluxisse. Oratiuncula vero ipsa Deo contra rebelles Pastori apostolico, Haereticos, Invasores bonorum, Turcas et Laicos proteruos, proque Sigismundo rege, et Bohemia supplicat.

XXI. fol. 200. Bona litera fidelium Bohemorum, Sigismundo regi ne subdantur. Initium: *Vrozenym statecnym Slowutnym &c. My Czenek Zwartenbergka naywyssi purkrabie &c. a napomina me was wsech y kazdeho zwlaste &c.* Id est: Nobilibus, honoratis, disertis &c. Ego Czenko de Wartenberg supremus Burggravius &c. *Monitos vos omnes et singulos esse volumus &c.* Datum in arce Pragensi anno 1420. sabbato ante Georgii. Meminit Pelzelius Hist. vernac. Boh. ad h. a.

XXII. fol. 201. p. 2. Versio bohémica *Symboli Athanasii. Hymni Ambrosii. Canticorum Zachariae, et Mariae V. denique Psalmi De Profundis.* Initium: *Ktoz kolichce spasen byti nairwe &c.*

XXIII. fol. 204. Literae Pragenses, quibus declarant, se cum Sophia Regina et (post Wenceslai obitum) gubernatrice et cum certis Abbatibus, prelatibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, Ciuibus, opidis ac villis concordiam inuisse pretextu libertatis legi dei procurande, et tuicionis honoris Regis et lingwagij,

N n

nec

1767

C O D I C E S

1768

nec non repugnacionis contra delacionem sinistram — in hereticando. Initium: Universis et singulis — Nos Magister Ciuium — Vniuersitati vestre presentibus duximus deferendum &c. Datae Anno domini M^o CCCC^o XIX. Sexta feria post Francisci. In maximis videlicet turbis Zizkianis.

XXIV. *Ibid.* p. 2. Epistola bohemicè scripta absque die et loco, quae tamen ad annum 1420. pertinere videtur, cum, quae Sigismundi iussu hoc anno contra Hussitas Vratislaviae acta sunt, adtingat. Incipit: *Hotový vmysl kvasi libosti šzadosti vsěbo dobrebo o patrni muzie praetele xiernie &c.* Id est: *Paratus animus vestrae voluntati cum votis omnium bonorum, providi Viri et Amici fideles &c.* Exhortatur ad fidem christianam, et Communionem sub duplici specie; invehitur in Concilium Constantiense et Papam, ut persecutores Bobemorum; invitatur ad unionem cum Pragensibus, et mittendos duos de suo gremio ad Autorem.

XXV. *fol.* 205. p. 2. Breviora quaedam, videlicet 1) Epistola de variis rumoribus circa molimina Sigismundi Regis contra Utraquistas, cuius initium: *Honorabilis domine Johannes. Sicut heri sero finito sermone quendam indicare vobis volui, que indicavi Nicolao carnifici (lanioni) ostensori presencium &c.* Scripta est Pragae sine die. 2) Provocatio, quae incipit: *Ad honorem omnipotentis dei Petrus payne*

Magister artium pragen. studij nec non et Oxon. natione Anglicus. Quamuis nunquam magistrum Nicolaum Stoyczin prout ipse Magister Nicolaus pretendit ad aliquam katbedram pro replicatione prouocauerit &c. Citatur itaque Nicolaus feria V. proxima hora XX. in lectorio replicaturus contra Petri positionem in materia universalium suis suppositis realiter communicabilium et compositionum continuorum ex indivisibilibus, non obstante, ut dicitur, inani praetextu periculi vitae; praeterea culpatur de oppugnatis XLV. Articulis pretenso ascriptis magistro Johanni Wikkleff, quorum aliquos suus Magister sancte memorie magister Johannes bus, cuius ipse olim in Curia Romana fuerat procurator scolastice tractauerat. 3) Brevis Narratio bohémica de vita et morte Job. Hussi, quae infit: *Wnadegi bozi mistr bus Jan ceske zemi &c.* 4) *Johannis VIII. P. R.* Diploma de constitutione Sedis Episcopalis Prag. quod incipit: *Johannes — Boleslao Katholice fidei alumno — Iustum est beneuolas aures &c.* et legitur in *Balbini Miscell. Dec. I. L. 6. p. 8.* 5) *Psalmi VI. et XXXI.* bohémice redditi, et manu recentiore adscripti.

XXVI. *fol.* 211. Catechesis bohémica de Fide, Symbolo, Ecclesia, quae Coetus Electorum audit, Amore Dei et Proximi &c. PP. testimoniis suffulta. Init: *Ze bezwiery zadny nemoz spassen byti &c.*

XXVII.

1769

P O L E M I C I.

1770

XXVII. fol. 213. p. 2. Adversaria medica de *Melancholia, Incubo, Paralysi, Spasmo* &c. fortassis e *Constantino Afr.* lecta.

Abfintheum. *Pelynek.*

Abrotanum. *Brotan.*

Acorus. *Kasatec. crweny.*

Acantum. *Koprwe syeme.*

Acacia. *Trpký.*

Ita non ubique significatio bohemica adjecta est. Fortasse cum *Dan. Ad. a Weleslavina Nomenclatore Quadriling.* conferri meretur. Ad calcem rursus Medica de *Podagra* subjuncta sunt, quae ad N. praecedentem referas.

XXIX. fol. 223. Admonitio bohemica de Perfectione vitae christianae, cujus initium: *Chcěsli byti dokonaly toto pravie Zachowai* &c. Hoc est: *Si vis perfectus esse, hoc observa diligenter* &c.

*Proctirzi prziciny bywa muzy poznanié zeny
Aby chlipnil warowal plodil dhub zakona plnil* &c.

XXXI. fol. 229. Moralia varia et loca PP. bohemice reddita, imprimisque de audiendo verbo Dei, hoc initio: *Bozie slowa gfu yako kladiwo genz twerde kamenie thucze* &c. Nempe: *Verbum Dei est ut malleus, qui dura saxa comminuit* &c.

XXXII. fol. 232. Hymni II. bohemici: Prior de Paschate: *Welika noc giznam nastala* &c. *Pascha nobiscum illuxit* &c. Al-

XXVIII. fol. 218. Nomenclator alphabeticus *botanicus* lat. boh. rarissime germanicis etiam vocabulis adjectis, cujus initium:

Acedula. *Stiewik.*

Acalafe.

Adrantus.

Afodillus. *Golde (wurz)*

Agrimonia. *Starček.*

XXX. fol. 225. Doctrina bohemica de Deo, Trinitate, Ecclesia, quinque sensibus, septem donis Spiritus, septem operibus misericordiae &c. quae fortasse *Job. Hussi* sit. Inchoat: *Bob gest dobre nadřiem nemoz byti pomysleno lepsié* &c. Id est: *Deus est bonum, quo melius cogitari nequit* &c. Indicata etiam *Cod. XCIII.* Accedit in utroque *Cod.* Specimen Versuum hexametricorum, quos ante *Bobemos* nulla alia Gens tentasse videtur in sua vernacula. Sic:

ter de Pentecoste, versio videlicet Sequentiae: *Veni sancte Spiritus* &c. *Zawita yz duse swaty a nam ten dar nebesky seřli nautesenie* &c. Uterque notis musicis impositus.

XXXIII. fol. 237. p. 2. Satyra rhythmica *Hussitae* cujusdam in Concilium *Constantiense*, et universum Ordinem ecclesiasticum, hujusmodi:

1771

CODICES

1772

*Tvorče myly z ziel sie tobie
Tak broznebo zavvedenie
Genz sie diege wteto dobie
Pro křestanske probrziesenie &c.*

Id est: *Creator misericors! poeniteat te tam horrendae seductionis, quae fit praesenti tempore propter Christianorum peccata &c. Scriptam liquet ex decursu post Husfi, Hieronymique supplicium.*

XXXIV. fol. 239. p. 2. Opusculum de Arte loquendi, quod incipit: *Quoniam in dicendo multi errant, nec est aliquis, qui linguam suam ad plenum valeat domare &c.* Praecepta porro, quae dat Noster, illi versui adcommodat: *Quis, quid, ubi &c.*

XXXV. fol. 251. Versio bohemica *Psalmi C.* et *CXLII.* scripta a. 1552. et pertinens ad N. 25.

XXXVI. fol. 252. *Canones*, qui *Apostolorum* dicuntur. Thecae anteriori operosi *Codices* adscriptum est: *Ex dono Georgij Polenta.*

CCCCL.

138 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 269. f. per duas columnas scriptus et rubricis distinctus continet sequentia. I. Opusculum Polemicum hoc rubro: *Questio Magistralis de heresibus et hereticis ac de veritatibus catholicis, edita per venerabilem Magistrum Nicolaum de Dinkblspuchl Sacre Theologie professorem.* Incipit: *Circa illum textum prope finem septimi capituli*

ewangelij Mathei scilicet Attendite a falsis prophetis &c. Statuitur, quatenam sit veritas catholica, quae haeresis, quis haereticus, et rubro subscribitur: *Hec questio lecta est per predictum doctorem In Scolis dominorum Theologorum Vniuersitatis studij Wienn. Anno domini 1425.* Tractatus huius nostri meminere *Gesnerus* in *Bibl.* et *Fabricius.* Autor ab oppido *Sueviae* natali cognominatus jam 1405. Canonicus *Vienn.* et *Univerfitatis* Rector variis pro ea legationibus obitis et ornata paene per 40. annos *Professoris* sparta obiit 1433. Ejus Scripta praeter paulo ante memoratos referuntur in *P. I. Scriptt. Univ. Vien.* p. 92. et in *Bibl. Augustin. Append.* p. 986. a *Fel. Ossingero*, qui Vir veri studens *Nicolaum* a quibusdam perperam, ut *Henricum de Hassia*, *Augustinensibus* adfertum Clero seculari ultro remittit.

II. fol. 16. *Sequitur determinatio cuiusdam dubii facta super quibusdam propositionibus circa sacramentum eucharistie per facultatem Theologicam studij Wienn.* Propositae fuere, ut ex ingressu patet, hae Theses anno 1385. *Viennae in Conventu Ord. Praed.* 12. septembr. a *M. Johanne Munczinger*, et dein ad facultatis examen delatae. Sunt autem IV. sequentes: *Corpus Christi non est Deus.*